



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

127. An in ieunio Eucharistico detur paruitas materiæ excusans à peccato
mortali? Ex p. 6. tr. 8. & Misc. 3. res. 8. ibid.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

nouamento omittere potionem, posse sumere Eucharistiam non ieiunum; sed hoc non admittit Præpositus loc. citato dub. 2. n. 42. nam in tali casu communio potest sine peccato differri, nec Ecclesia censetur velle obligare ad communicandum eum, qui non potest ieiunus communicare.

Sup. hoc infra in tr. 2.
ref. 53. §. vlt.
Et signanter
in fine, &c.
§. Nota etiam pro praxi quod si ægrotus non possit res suas transmittere, possit communio ei dari imposta parua parte hostie cum vino in cochlearie. Ita Præpos. obi supra, vide etiam Suarez in 3. part. tom. 3. disp. 67. sect. 6. §. secundus casu, post medium, & disp. 71. sect. 3. sub finem.

Sup. hoc post consecrationem infra in Ref. 130. §.
vlt. in principio, & signanter in Ref. 230. §.
Nec obstat,
ad medium,
vers. Aliquo-
rum. & in
tom. 1. tr. 3.
ref. 162. §. 1.
prope finem
vers. Si quis
ante,
6. Tandem nota quod Sacerdos si aduerterit se non esse ieiunum, potest pergere secundum aliquos in sacrificio, licet aduerterat ante consecrationem, sed alii probabilitus id negant, excepto casu, quo non potest sine nota ab Altari recedere, in quo casu idem dicendum de eo, qui est in scanno communicantium, ut communicet. Sic Præpositus num. 4.

RESOL. CXXVI.

An in ieiunio pro Missa celebranda, vel communione sumenda, detur paruitas materia? Et quid est dicendum, si multa, sive aliquid minimum casu intravit in os aperatum, an obstat Missa celebrationi, vel communioni? Ex part. 5. tractat. 5.
Resol. 12.

Sup. hoc in Ref. 1. eq. &
infra in tr. 2.
Refol. 57. §.
Quod autem
& sequi, in
tom. 1. tr. 6.
Ref. 47. §. 1.
cursum pro-
pria finem,
vers. sicut
deglutire.
§. 1. Liqui, teste Hurtado de Sacram. Eucharist. disp. 9. difficult. 15. existimant tantum esse peccatum veniale Eucharistiam sumere post sumptionem cibi, & potius in parua quantitate ob leuitatem, seu paruitatem materiae; & Gottfredus & Præpositus docuerunt ad sumptionem Eucharistiae sufficere ieiunium Ecclesiasticum, quia ieiunium ad eam prærequisitum præcipitur ab Ecclesia: ergo eodem modo intelligendum est, quo Ecclesia intelligit ieiunium, quod pro diebus ieiunij præcipit.

2. Sed prorsus contraria sententiam tenendam esse puto. Dico igitur esse lethale crimen ieiunum naturale frangere ante communionem sumpta quantumlibet minima parte cibi, nisi per modum saliuæ, aut respiracionis sumatur, vel attrahatur. Nam iwateris prohibita ab Ecclesia non est, quod quis non sumat cibum, vel potum absolute, sed quod non suscipiat Eucharistiam post cibum, vel potum; huiusmodi autem preceptum violatur simpliciter in suo actu principali, etiam si ieiunium in parua materia solutum sit: & ita docet Hurtado ubi supra, cui addet Ioannem de Lugo de Sacram. Eucharist. disp. 15. section. 2. num. 22. Præpositum in 3. part. quest. 80. art. 8. dub. 1. num. 39. Sancium in selet. disput. 51. num. 1. Suarez in 3. part. tom. 3. disp. 68. section. 4. Valquez disp. 211. cap. 3. Ochagavia de sacram. Eucharist. tract. 2. quest. 12. num. 7. Turrianum de inst. tom. 1. disput. 22. dub. 1. num. 6. & alios penes ipsos. Unde puto contraria sententiam esse improbabilem, & ideo in Concilio Toletano VII. Can. 2. relatio in cap. nibil, quest. 1. dicitur, nullus post cibum, potumque quemlibet minimum sumptum Missas facere præsumat.

3. Non desinam tamen hinc adnotare ea que docet Granado in part. de Sacram. contr. 6. tr. 10. disp. 8. num. 8. vbi sic ait: Tabiena & Henriquez dicunt, si multa, aut aliquid minimum casu intravit in os aperatum, non obstat communioni, quia id non est manducare. Et quidem si minimum aliquid inaduertere traiiciatur, eo ipso censetur traiici per modum saliuæ, ac proinde non soluere ieiunium. An verd.

quantitas musca sit adeo minima, vt de illa hoc verificetur, incertum mihi est. Pater Thomas Sanchez ait non obstat communioni, quod quis inaduenit calicem deglutierit. Pater Ildefonsus Rodriguez ait, aquam quam putamen auellanæ capit, esse minimam. Res restringenda potius, quam extendenda est. Hucusque Granado.

RESOL. CXXVII.

An ieiunio Eucharistico detur paruitas materia ex causa a peccato mortali? Ex part. 6. tr. 8. & Miss. Resol. 8.

§. 1.

Pro affirmativa sententia conatur P. Pasquale in dec. 335. per totam, multas adducere rationes, licet in fine sic afferat. Hec quidem & aliæ sunt, que possint adduci, probabilem faciunt hanc opinionem, non tamen audeo aliquid determinare. & Lector melius poterit rem ponderare; & non temere sentior P. Diana citato dicenti hanc sententiam esse improbabilem. Ita ille. Sed hanc sententiam esse falsam ante me dixit Persicus de Sacris. Miss. cap. 3. dub. 5. n. 4. Et Suarez tom. 3. disp. 66. sibi allegerunt non esse practicè probabilem; & ego item improbabilem puto, cum sit contra communem opinionem Theologorum & Casuistarum, qui in puncto materiam prætractarunt, videlicet. An in ieiunio Eucharistico detur paruitas materia; & vige adhuc nullum inuenio Auctorem, qui affirmativam sententiam doceret. Probatur nostra opinio ex autoritate Concilij Toletani 7. cap. 2. quod referunt in cap. nibil 7. q. 1. vbi statuitur. Ut qui cibis potinque quamlibet minimum sumptum Missas facere presumperit excommunicetur. Ergo clare pars in ieiunio Eucharistico non dari paruitatem materie, inducens tantum peccatum veniale; nam penitentia communicationis non fertur nisi propter peccatum lethale. Dicere autem quod Concilium loquitur de quantitate minima, qua non solueret ieiunium Ecclesiasticum; gratis dicitur, nam absolutè pronunciat esse excommunicandum qui celebravit post cibum sumptum in quavis quantitate minima, ergo excludit omnem paruitatem materiae.

2. Probatur secundum ex auctoritate Rub. 6. q. 1. sic habeatur: Si quis non est ieiunus post medium nollet etiam post sumptionem solius aquæ, vel alterius potius, ant cibi in quantumcumque parua quantitate non potest communicare, nec celebrare. Ita ibi. Ergo necessarie sequitur non dari paruitatem materiae in ieiunio Eucharistico, cum Rubrica dicat quod post cibum sumptum in quantumvis parua quantitate, non potest quis communicare, vel celebrare; sed peccatum veniale non impedit sumptionem Eucharistie: Ergo dicendum est in tali casu, peccatum mortale adulere. Quod etiam probatur in dicta Rubrica pauli infra vbi subdit: Quod si lauando os digulgiatur stilla aquæ propter intentionem non impedit communionem quia sumpta fuit per modum saliuæ. Si ergo stilla aquæ, id est secundum Rubricam non impedit communionem, non frangit ieiunium Eucharisticum, quia sumptus per modum saliuæ, clarè patet in hac materia non dari paruitatem materie, cum nulla maior paruitas materiae excogitari potest, quæcumque stilla aquæ, & cum ut si sumptum est impedit communionem, & ieiunium Eucharisticum frangeret, si non sumeretur per modum saliuæ. Ergo. Et quidem si in ieiunio naturali pro sumptione Eucharistie danda esset paruitas materiae inducens tantum peccatum veniale, aperte contumaciam.

Ianua multis absurdis in assignanda quantitate parvitas materiae, nam si aliquis diceret v.g. vnam filiam aqua esse parvitatem materiae, alter responderet, & quare non duas, tres, vel quatuor; & non deficerent qui opinionem Ildephonsi Rodriguez, quam adducit Pasqualius in praxi deducerent, nempe parum aqua, quam putamen auellana caput; esse parvitatem materiae; quod quidem aperte esset contra textum in cap. ex parte, de celebratione Missarum, ubi statuitur, quod Sacerdos qui in Missa sumpsit ablutionem non possit progrederi ad ulteriorem Missam celebrandam. Ex quo texto, ut obseruat Propositus in 3. part. D. Thomas q. 8. art. 9. de Sacram. Euchar. num. 39. Valquez tom. 3. disp. 211. cap. 3. num. 28. & alij, id quod supra probatum est aperte constat, nempe non dari parvitatem materiae in ieiunio Eucharistico, & ideo minimam sumptionem impedit communione, cum in Missa parum a Sacerdotibus sumi soleat pro ablutione, sumunt enim parum vini. Reqd igitur ex veteribus dixit Durandus in 4. disp. in 8. q. 4. num. 11. cum qui post minimum cibum, aut potum Eucharistiam sumit, esse praevacuatorum precepti, sed praevacuator non dicitur, nisi qui mortaliter peccat. Ergo, &c. Dicere autem quod Durandus loquitur de modo cibo, quale, non solueretur ieiunium Ecclesiasticum, gratis dicunt, & ideo Vasquez & Pereitus ubi supra illum citant pro nostra sententia, Pro que etiam facit omnium Magister D. Thomas in 3. part. q. 80. art. 8. in corpore, ubi docet duplicitem aliquem impediri a sumptione Eucharistie, primò secundum se, & sic impeditur quis ob peccatum mortale, secundum ob prohibitionem Ecclesiae & sic impeditur post cibum & potum. Sed primum impedit sub peccato mortali. Ergo etiam secundum. Nec valet dicere quod in his verbis de parvitate materiae, nec verbum quidem D. Thomas. Nam respondeo se magis explicare, ibidem in respon. ad 5. ubi assertit, post sumptionem cibi, & potus in quantumcumque parva quantitate non licere communionem recipere. Ergo excludit omnem parvitatem materiae, & supponit in illa peccatum mortale; nam cum peccato veniali licitum est sumere Eucharistiam, & tamen ipse dicit, quod non licet illam sumere post sumptum cibum in quantumvis minima quantitate. Et quidem si pro digna susceptione Eucharistie ex precepto Ecclesiastico, certum est quod requiritur ieiunium naturale, quod minima parte cibi, aut potus dissolutor, sequitur hanc etiam minimam partem etiam preceptum voluisse comprehendere.

RESOL. CXXVIII.

An particula consecrata frangat ieiunium naturale? Et cursum docteur nulli, etiam si Sacerdos sit, extra celebrationem licere in die bis communicare. Et notatur Sacerdotem posse plures celebrare, non solum in Feste Nativitatis, sed etiam urgente aliqua necessitate, qualis esset ad moribundum communicandum; vel ad satisfaciendum duabus Parochiis, quarum curam habet unus solus Parochus. Et cursum aduersitum, quod prohibitum est Sacerdoti sacrificanti de sacrificio non participare modo ieiunium celebrare. Etiamque notatur Sacerdotem non ieiunum posse sacrificare ad dandum Vaticum moribundo, & in dicto casu posse etiam consecrare non in azymo, sed in fermentato, si panis azymus non adsit, & sine aliquibus vestibus ad hoc ministerium affigatis, & quamvis

Tom. II.

vestes, aut vasæ non sint benedictæ, aut consecratae. Ex part. 1. tract. 6. & Misc. 6. Refol. 15.

S. I. **A** Firmatiue responderet Fagundez in precepto Eccles. precepti, lib. 3. cap. 7. n. 11. ubi sic ait: Nulli vero, etiam si Sacerdos sit, extra celebrationem licet in die bis communicare, ut docent communiter Doctores. Et ratio est, quia id vetat Ecclesia & consuetudo universalis, que consuetudo obligat sub precepto: deinde, quia si secundum quis communicaret, cum in prima communione sumat ablutionem, iam secundum communicare non poterit ieiunium, ut patet; immo quamvis ablutionem non sumat, sed solam particulam hostiam, iam ieiunium non communicabit secundo, ac proinde non licet. Enimvero Sacerdotibus si in die natalitij Domini conceditur ter celebrare post communionem annua ablutionem digitorum sumptam, id quidem ex privilegio est, quod excedere non possunt absque gratia, & letali culpa, Itaile.

2. Sed contrariam sententiam tenet P. Thomas Hurtado; putat enim particulam consecratam non frangere ieiunium naturale, & ideo de cochlearia, & tabaco, tract. 2. cap. 9. §. 3. n. 125. querit: [Si vn Sacerdote comulgò sin celebrar, si podra celebrar?] Et sic responderet: [El caso no le visto en ningun Autor, y me parece puede suceder, que vn Sacerdote comulgue por su deuocion, sin tomar labatorio, y assi pregunto, si este tal podra celebrar, si le ofrece alguna ocasion forzosa, ó necessidad urgente? Supongo por cosa cierta, que a ningun seglar, ni Sacerdote que no celebra, no puede comulgar dos veces al dia: assi los tienen todos los Theologos, y Sumistas, con Santo Thomas 3. part. q. 80. art. 10. ad 4. & alibi.] Probo hoc esse de iure diuino, & quamvis non sit de iure diuino, ita tenet viuientialis Ecclesie consuetudo: quæ cum sit in materia grauissima, obliga a pecado mortal. Supongo mas contra Fagundez, que la Hostia confebrada, si no se toma el labatorio, no quebranta el ayuno natural, que la Iglesia manda se tenga antes de la sagrada comunión: assi, el dia de Natividad, que se dizan tres Missas, sin tomar mas del Sanguis, no se disputa en el precepto del ayuno, sino en el que ay de no decir mas de una vez Missa. La razon es llana, pues los Concilios, y San Agustin, que hazenencion de este precepto del ayuno, solo prohiben el comer, ó beber algo de los mantenimientos naturales, y visuales, y esto por la reverencia, & veneracion que se deue a este Santo Sacramento: *Hoc placuit Spiritui Santo, in honorem Sancti Sacramenti*, dice San Agustin, y el hauer comulgado primero, no quita la nouedad que se requieren para esta veneracion, siendo este Pan, y mantenimiento celestial: porque si bien sustenta el cuerpo, y el que le come conuerta las especies en substancia: pero no come substancia de pan, sino cuerpo de Christo, y assi no quebranta el ayuno natural; lo qual suponen como cierto todos los Theologos, y Sumistas: y assi, no poder vn seglar comulgar dos veces, no es por falta del ayuno, sino por la costumbre de la Iglesia que lo prohíbe. Esto supuesto, responde, que si vn Sacerdote comulgò sin tomar el labatorio, puede celebrar segunda vez, si se le ofrece necesidad urgente.] Ita ille. Confirmatur haec opinio ex Patre Amico in Curs. Theolog. tom. 7. disp. 27. sect. 2. num. 14. & alibi, ubi sic ait: Sacerdotem posse plures celebrare, non solum in festo Nativitatis Domini, sed etiam urgente aliqua necessitate; vt habetur cap. Consuluisse, de celebrat. Missar. qualis esset ad moribundum communicandum, vel ad satisfaciendum duabus Parochiis, quantum cutam habent, & pro-

Quod hoc
lege supra
doctrinam
Refol. 96. &
Ref. eius sec-
unda nor.
& in tom. 4.
tr. 8. Ref. 94.

G 2 beret